

C. 118



- 1 Vehiculūm aet^{ontata} Francisci Hilcheshenji Eiusd. Conone
- 2 Foggij Ad Aeterna IC Lœmata juvenilia. Mopen
- 3 Balthasaris Exneri Arminū Miscel: Sijlloge
- 4 Eiusdem Decemina
- 5 Thome Moravij Scotj Naupachados Jac. Magnj Britannia
- 6 De origine & progressu juris ^{Regis etc.} Civitatis Joannes
Lauterbachij
- 7 Georgij Bartholdj Pontanij Triumpho Podagriae
- 8 Richardj Schultj Forojulianje Theochanis
- 9 Eiusdem Christiana Camera
- 10 Matthia Funck Halno viensis Triumpho Christiano
- 11 Eiusdem Primitia Arminū in Genethlium salu^{ti}
tiferæ Virginis Maræ. in alijs ibid.
- 12 Hieronimi Galoi Rœta Grigrammata
- 13 Isaacj Casaubonj Descriptio, in scripturis veteris Græcæ
- 14 Georgij Ludovicj Armen Genethlium ^{in alijs} Hert.
- 15 Stanislaj de Czedelitz ^{Ranzovij} Armen. De vita & fato
Sv. Martini.
- 16 Amici & conuictores ad Hams laum de Czedelitz
- 17 Marci Hassaj Havelb. Etajrehaor
- 18 Amicj ad Joannem Gebauerum ^{RP} valedicentem.

Q 3. 108 (1-48)

R

32
PETRI BAMBAMII Malchor.

P. L.

POSSELIUS

Redivivus.

*Carminē Heroico representatus in inclitā Aca-
demiā Rostochianā, Die 18. Aprilis*

A N N O

M. DC. VII.

Memoria Justorum in Æternum Manebit.



R O S T O C H I I

Stephanus Myliander Excudebat

Anno cl̄o l̄o C̄o l̄iX.

Amplissimis & inclitis Senatib:
Popp:q. Rostochiensibus & Par-
chimensib. Dominis & Mæ-
cenatib. pl. colendis.

S. P. D.

Vester erat, dum vivus erat, communis utriusq;
Atque suo vobis dabat ingens lumine lumen,
Æternans vestras meritis illustribus urbes,
POSSELIUS: puero cui cunas prima dedisti
PARCHIMA natales, balbiq; elementa libelli,
Aptaq; præterea tenera præcepta juventa.
At tu clara **VIRO ROSA** blando floris odore
Servasti vita spiracula, bonaq; vigorem
Indolis eximium consummasti artibus aureis:
Emeritoq; Seni post fata novissima vita,
Funerem in templo tribuisti grata cubile,
Ossaq; adhuc pretiosa pio veneraris honore.
En, puer ille, vir, atq; Senex, tumuloq; sepultus,
Hic vobis redivivus adest in Carmine nostro,
Pristinaq; ad vestri magmenta favoris anhelat.
Non minus hunc igitur cognoscite fronte serenâ,
Atq; illum quondam. Qua gratia vestra beatos
Afficiet manes, magno & recreabit honore.

V. V. A. A.

Officiosiss.

M. Petrus Bambamius
Ecclesiastes & P. L.



PETRI BAMBAMII
POSSELIUS REDIVIVUS.



I quibus, aut vivis, aut vitæ lumine cæsis,
Quos animi virtus excellens, atque sagacis
Ingenij doctrina, rudis super agmina
vulgi

Extulit, atque poli rutilantibus intulit
astris,

Impendisti operam vario, POLYTHMIA, versu;
Artibus insignem Latialibus atque Pelasgis,
Lumen Athenæi quondam prælustre celebris,
Quâ Meglaburgiæ viridaria clara Roseti
Adspirant animis Pæstani floris odorem;
Carmine POSSELIUM grato celebrare memento.
Plurima materies linguæ, scio, mobile plectrum,
Et celeris calami crenam superaverit omnem,
Omnia si laudanda viri comprehendere metris,
Mentibus & Juvenum bibulis infundere sumas.
Verùm summa sequens saltem fastigia rerum
Illius à canis manalia ad usque sepulcri
Tegmina, curriculum breviter pertextito vitæ.
Dic, ut eum nati post incunabula Christi,
Quum sol quindecies centenos fecerit annos,
Quinaque lustra illis trieteride junxerat unâ,
PAROHIMA protulerit, præstans genus urbis, in auras,
Commendabilibus virtute parentibus ortum.
Et genitore quidem, Martini nomen habente;
Sed genitrice, suum cui contulit unio nomen,
Cognomen, commune sibi, Megalepolis ora.
Dic, puer ut primo materni lactis ab haustu
Inbiberit veræ mulsæ pietatis, honestæ

A 2

Infusu

*10h. Posseli-
us nasci-
tur Parohi-
ma.
Anno Chri-
sti 1528.*



Infusa genitricis! ut ab lactatus in ædes
Palladias patriæ plantis titubantibus ire
Influs, in ingenij, magno fervore calentis
Gazâ admirandâ triviales sedulus artes
Ludendo quasi condiderit, sociosque coævos,
Sudantes cerebri multò graviore labore.,
Liquerit à tergo, miserisque, inopesque, rudesque.

Proficiscitur in Academiam Rostochia: 1542.

Dic, bis septeno vitæ puerilis ut anno,
Varniades adiens, Christo Duce & auspice, Musas,
Se cultis Juvenum gregibus sociarit; & aures,
Ac penitas animi fibras, sitibundus ad oris
Flumina BURENII, captatum expanderit artes,
Tresque ibi discendo sollers tramiserit annos!

Fit Conrektor Scholæ VVismariensis 1545

Wismariense quoad, sibi Præceptore secundo
Tunc opus esse videns, hunc non sine fruge Lyceum
Abstulit ad teneræ formandum pectora pubis.
Fama laboriferi verò non vana Magistri

Fit Rector Scholæ Boretzensis in Fimarâ A. 1546.

Quàm mox Cymbrorum sese insinuavit in aures;
Fimariamque maris complexibus undique cinctam
Impulit, ut oculis depromeret æra solutis
Uberiora, vocans ipsum ad sua virgea regna;
Committensque adolescenti licet, arte sed amplâ
Ad summum impleto, Musææ corda juventæ:
Quam docuit, similemque sui per quatuor annos.
Reddidit, exercens in religionis & artis
Palladiæ studio, stadioque fideliter, acri.

Redit in patriam et deinde Rostochium A. 1550.

Hinc ubi digressus multæ cum foenore laudis,
At desiderio populique, gregisque relictî,
Ad patrios remeare lares, carosque parentes
Ævi jam saturos invisere, voceque blandâ
In caeli desiderio firmare calentes,
Constituit pietatis amans. At Musa retrorsum,
Varnias antiqui pellexit ad arva Roseti

Incen-

Incensum studijs animum. Proh, quantus in illo
 Ardor inextinctas disparfit ad æthera flammæ,
 Totius æstatis lento sitientis in æstu!
 Venerat Auctumnus, tremulum caput obsitus uvis,
 Angelicumque agmen Michael armârat in hostes;
 Quum Schola virginæ Rosæ Genetricis in urbe
 Collegam expeteret summo à Rectore secundum:
POSSELIUM verò præter, qui munus obiret,
 Dignior in totâ nullus fuit urbe repertus.
 Hujus in officij medio Tritonia cursu
 Pallas, ob ingenij dotes, & plurima doctæ
 Munera mentis, ei, magno applaudente Lyceo,
 Purpureâ caput intexit crinesque tiarâ,
 Et septemgeminâ mandavit in arte Magistrum.
 Dignè appellari: titulum tribuente Decano
 Publicitus **ROSELERO**: illo, cui postmodò gazas
 Juris, opesque suas omnes Themis alma reclusit.
 Ergo Magisterij tum jure licentiùs altam,
POSSELIUS cathedræ speculam conscendit, & artes
 Linguasque studijs multò gravioribus urfit,
 Phœbèæ informans Academica corda juventæ.
 Sumserat ingenium vires crescentibus annis,
 Et delerat variâ specimen prælustre palæstrâ;
 Protinus artiti proceres, quum fortè lacuna
 Inciderat numero sociorum, præ omnibus unum,
 Votis unanimis, & suffragantibus astris,
POSSELIUM sibi Collegam legere probatum:
 Coelestemque illi portam, quâ plurima quondam
 Intravit pubes, studijsque sedilia fixit,
 Tutandam inspectu dedit, indigenasque regendos.
 O bene curatam portam hoc tutore polarem!
 O fortunatas hoc inspectore Camenas!
 O & felices hoc Rege & Judice cives!

Fit Corre-
 ctor Scholæ
 Marianæ
 Rostoch:eo-
 dem anno.

Ornatur
 gradu Ma-
 gisterij
 1552.

Fit Profes-
 sor Acade-
 miæ & in-
 spector Pæ-
 dagogij, seu
 Portæ cœli
 1554.

A 3

Iurâ-



Posselij in Iurarim liquidò, hac ex coeli simplice portâ,
portâ Calr Non minùs, atque ab Equi Trojani ventre doloso,
Discipuli Innumeros numero Heroes exisse celebres,
primarij POSSELIO monstrante viam, & vestigia certa.
Marcus Ecquis enim nescit proceres Mystasque Themistos,
Luschovius LUSCHOVIUM? qui lusciniâ blando ore canoram
I. CT. Vincere visus erat, cathedrâ facundus in altâ.
Ioh. Albi- ALBINUM? quem tu quoque Parchima clara dedisti,
nus I. CT. Egregium patriæ decus, eximiumque Lycei
 Doctorem Rosei: quin Principis UDALRICI
 Os quoque, quando reos magno pro crimine pænis
 Subdidit, & fisco argentum legale coëgit.
Nicolaus THEOPHILUM? Reges Danaûm quo Consiliante
Theophilus Expediere suis arcana negotia Regnis;
I CT. Hafniaque Eunomies studium revocavit ab orco.
Georg Pl- Atque PLATONA? Salus quo consule Wisuariensis
to ICT. & Urbis honoratæ manet inconcussa tot annos;
Ces. VVif Et caput ad celsas extollit curia nubes.
 Nec Themidos Mystæ; modò sed quoque plurima Christi
 Turba sacerdotum, templorum jura regentum,
 Hujus ab exivit cælestis limine portæ
M. Iohan Eminet ante alios VALLENSIS, in urbe Rigensi
Vallensis Principe sancta loco Domini Mysteria tractans,
Theol. Ri- Innumerasque animas Erebi de fauce revulsas
gensis Salvificans, & in æterni penetralia cœli
 Leniter inducens doctrinæ munere sanæ.
M. Osval: Eminet Osvaldi Sledani Gratia, Virgo
Sledanus Rostochiana Maria sui sacra mania rempli
Theol. & ost: Cui modo committit, magno cum foenore cœli.
 Prætereo reliquos: nec enim numeraverit omnes,
 Si vel ad inversum quis clepsamon ore diserto
 Fortè loquuturus, totam tramiserit horam.
 Ter verò ex illo Sol tempore verterat orbem,
 Iamque

Iamque ter exierat demersis frugibus æstas,
 Atque ter in glaciem constrinxerat æquora bruma,
 Littera quum Brēmā veniens, à Consule summo
 KENKELIO, fascis Dictaturamque Lycei
 Defert POSSELIO, blandis hortatibus instans.
 Verùm Academiaci suadent contraria patres,
 Collegamque loco nolunt dimittere fidum,
 Consentit quibus almus Hymen, adamante catenam,
 Consolidans, ope Vulcani, Venerisque pudicæ:
 Ad truncumque pedes abituri virgine necit
 Eximiâ, VETVS ARX est cui cognomen, At ANNA
 Nomen in undisfluâ Baptismi adspergine dictum.
 Acciti lætos sese exhibuere sodales:
 Quin voce elatâ taratantara clara sequuti,
 Panduræque fides streperas, citharæque sonores,
 Jubila fudere; gratesque egere Jehovahæ,
 Atque preces pro victorum fecere salute.
 Ilithyia favens hæc jubila mense deinceps
 Confecit decimo rata, filioloque tenellò
 Implevit matrisque sinum, cunasque tepentes.
 Gaudia non diuturna tamen Mors invida luctu
 Miscuit, absorbens ferali fauce puelli
 Matthæi exiguos artus; doctoque parenti
 Ingens cordolium, matrique reliquit honestæ.
 Hæc vero est jactura gravis reparata secundo
 Filiolo, patri cognomine, nempè IOHANNÈ,
 Æmulus in magni qui se vestigia patris,
 Inque locum officij, Grajas penetravit ob artes:
 Quas profitetur adhuc præclaro sedulus usu.
 Innumeros profitetor eas ô salvus ad annos,
 Exopto, precibusque Deum omni corde lacesso.
 Accidit intereà res non indigna relatu,
 Quum, fatus à Iudâ quidam conversus apella

I. Posselius
 Postulatur
 ad Rectu-
 ram Scho-
 læ Bramē-
 sis 1557.

Init Conju-
 gi societate-
 tem cum
 Annâ Ol-
 deburgiâ,
 eodem an-
 no.

Matth. Poss
 primogeni-
 nitus anno
 1558.
 Idem mori-
 tur infans.

Ioh. Posseli-
 us Secun-
 dus nasci-
 tur 1565.
 æ. Iuuij:

Ioh. Posseli-
 us magnus

Chri-

adst. P. i. Christiadam expeteret divinum dogma doceri,
trinus B. i. Edoctusque satis, sacri Baptismatis undâ
ptismo cu. Mergier, & tetrâ peccati à sorde lavari,
iusdam lu. Baptismum peragente pio Doctore Simone,
dai An no Qui fuerat claro dictus cognomine Pauli:
1567. Die Ille, requisitis in magna testibus urbe,
27. Novem. Dî operis, veteri qui more manumque fidemque
 Dignè interfererent, prece deferrentque novellum
 Christo Christiaden, firmato foedere in ævum;
 POSSELIUM è multis elegit millibus unum,
 Qui primâ stans parte loci istud munus obiret.
 Tanta viri Pietas erat, & tam prompta voluntas,
 Lætitiâ capiens immensam viscere cordis,
 Ob lucrum hoc animæ Christo Baptismate partum!
Descriptio Hactenus hæc. nunc porrò refer Polyhymnia versu,
itineris Magnum iter, Austriacas quod in ampli Cæsaris oras
Austriaci Impiger ingressus pertexuit alite fausto.
& Hunga Cæsaris accierat clemens Diploma CHYTRÆUM,
rici, in quo Illum, quo meritò Megalepolis ora superbit,
Comitatur Illum, quo capite Schola Rostochiana perennat,
Chyreum Illum, quo se omnis Germania lumine jactat;
1568. Relligionis opus verâ ut normaret amussi.
 Fit via prima, nives gelido glomerante Decembri,
 A Christi cunis quum sexagesimus annus
 Octavusque suum propè jam compleverat orbem
VVollfgang Mammingerus enim, præstans virtutibus heros,
Christoph. Ad ripas Traisi celebrem qui possidet arcem,
Mammin Cui nux & pagus junctim sua nomina donant,
ger in Nuf- Dux hoc ursit iter, Romano à Cæsare missus.
corff. Dux Gratia sed morum, doctrinaque summa CHYTRÆO
itineris. POSSELIUM junxit Comitem. Simul ergo profecti
 Innumeras adeunt oræ Germanidos urbes,
 Innumerosque viros doctrinæ lumine claros

Allo-

Alloquijs in amicitia consortia fida,
Alliciunt avidi passim: primamque salutant
Wismariam, celebrem mutatis mercibus urbem,
Principis heic jussu, quem proxima Pola tenebat.
Insula venatu intentum, requiescere binis
Solibus integris coguntur: ne mora verò
Longior agra sit, & vacuis dent otia curis,
STELLA Mathematicus celeberrimus ore disertus
Efficit, ut Soles citius videantur abire.

Wismaria

Deinde Severinum tangit rota fervida plaustri,
Principis illustris patriam sedemque J O H A N N I S
ALBERTI, Megalespolios bene regna tuentis.
Doctrinam simul insigni, Themidosque vigore.

Severinum
Sedes Du-
calis.

LEUCOPTRGA dehinc illis sua moenia pandit,
Oppidulum tenue, at notum tamen arce Ducali.
Heic etenim Princeps C H T T R A E U M jussit adesse,
Et capere, ad magni quae Caesaris adferat aures.

Leucopyr-
ga.
Witten-
burg.

Manè recessuris Dux clementissimus arcto
Exhibuit dextram vincolo, votisque peractis
Pro bonitate viae, celeres jubet ire jugales.
BEVCEPTRGA dehinc in noctem suscipit illos,
Ultimaque è patrijs committit finibus Albi,
Albi, Marchiacos Meglaburgiacosque colonos
Qui praetergrediens rapido disternat alveo.

Beuzepyr-
ga.

Tecta Selenopolis posthac venientibus offert
Hospita, divitijs pollens urbs, & Sale cocto:
Dantque illis proceres generosi dona Lyaei,
Optima quae condit Phaebeae Musica pubis,
Praecipiente modos Lenicero Gymnasiarcha:
Qui simul, atque senex Cygnæo Lofsius ore,
Mutua colloquijs ornarunt cantica doctis.
Hinc portis Ursella suis biparentibus illos
Excipit officiosa, cibos noctemque ministrans.

Lunabur-
ga.

Ursella.

B

Pagus



Hannib. bentel. Pagus idem facit, Hainecci qui nomine, juncto
 Teutonico loculi suevit cognomine dici.
pagus. Gamiza. Brunsviga. Deinde Gamiza epulas ac pulvinaria ponit
 Rustica, dum Brunsviga viros celeberrima digno
 Suspicit hospitio binis recreatqne diebus,
wolferbyta. Döringo dubias præbente ibi Consule cenas.
 Proxima Wolferbyta patet, domicilia præbens
 Splendida Guelfiacis Ducibus. Pagana deinceps
Dardessa. Hospitibus rigidum sternit Dardessa cubile.
P. 12 Halberst. dia. Post, medio crescente die, Halberstadia mensam
 Instruit: Ascania at cenam noctemque ministrat.
Ascherleben. Cundern. Hala. Lipsia. Condera subsequitur: cui splendida proximat Hala,
 Hala falis genitrix: Dein. Lipsia divite cultu
 Convivas capit egregios; tractatque decenter,
 Dulcia magnifico mittente falerna Senatu:
 Quæ mage lætificat docto CAMERARIUS ore,
Grima. Austriaco fuerat qui nuper ab orbe reversus.
 Grima sequens quoque servitio te docte SIBERE.
 Jungit eis, & amicitiam conglutinat arctam.
Lummitium Misena. Postera Lummitium substernit stragula fessis.
 Hinc triduo Misena suum præclara Poëtam
 Fabricium, Grajæque celebrem idiomate linguæ,
 Et pietate gravem, Madeburgum sistit Hiobum,
 Hospitibus venerabilibus; sermone polito
 Arteque multijugâ tollant ut cordibus ægris
 Tædia longa viæ, & dextras in fœdera jungant,
 Manè recedentes, medio Sole excipit illos
Dresda. Et pransum vocat ornatissima & aurea Dresda:
 Solis in occubitu quos adsita Pirna recepat,
Pirna. Pirna sui felix Myrtæ pietate supremi.
 Ac vigilis Lauterbachij: quem magnus amicum,
 Collegamque olim, complexus amore Lutherus.
 Adscivit sacra in commercia, donec in orbem

Bis

Bis rediens Titan, binos exegerat annos:
Quem quoque Epistolis, magnâ pietate refertis,
Scripturisque suis solitus fuit ille beare:
Et quibus una quidem, Xenij vice non temnendi,
POSSELIO donata, domi servatur ut aurum.
Hinc iter ingressos Petrosilva Bohema resumit,
Ultima Teutonicæ quæ fatur schemate linguæ.
Ansiacum porrò, Lobasitijque arva propinqua
Tectis immisos curant epulisque torisque,
Hospitijque locum præbent. postrema Decembris,
Ipsiisque anni lux extima, donec ab urbe
Budinâ, per Welberiensia mænia, ad urbem
Deportat fessos præclaro nomine Pragam,
Pragam, telluris caput & diadema Bohemæ,
Cæsareæ sedem bene Majestatis amatam.
Illic sacra dies anni lux prima novelli,
Divo-homini Christo, sua dum præputia Legi
Subjicit, & cultro circumcisore resectus,
Crimina nostrâ lavit, pretioso sanguine fuso,
Est uni data rota. Sed & sub vespere sero
Bethlemium libet intuitu spectare facellum,
Suggestique inibi speculam, Sermonibus Husi,
Divinique olim verbi virtute repletam.
Quin & in exiguas combusti Martyris ædes,
Hospitis eximij calamoque manuque notatas,
Syracidæque sacri monstrantes pariete dicta,
Grandibus inque ævum mansuris scripta elementis,
Ferre pedem miranda viri constantia suadet.
Visitur arx, Regum sedes antiqua priorum,
Adjunctique adyti sacrum penetrabile, quod intus
Induperatorum, Regumque, Ducumque sepulchra
Splendida, marmoreis præbet cernenda figuris.
CAROLUS heic quartus carâ cum Coniuge **BLANCA**,

B 2

*Petrosilva,
urbs Bohemica.
Augsig.
Lobasig.*

*Bodin.
Welbern.
Prage.*

Et



Et WENCESLAUS requiescunt, Cæsar uterque.
 Quin & FERDNANDUS Rudolphi nempe Secundi
 Cæsar avus, thalamique eius dulcissima consors
 ANNA, suis inbi legerunt ofsibus urnam.
 BRETZlaus quoque, BORZIncusque, Duces illustres,
 Tertius OTTOCHARUS, quintusque hoc nomine dicti,
 Reges, heic itidem se composuere quieti.
 Denique visuntur Monachis habitata nefandis,
 Structa sed à Carolo quondam domicilia quarto.
 Præcipuè heic oculis datur inspectantibus Alba,
 Blanca Minervali quam Cæsaris indole Conjunx
 Pallam jam dicto fertur nevisse marito,
 Admirandum opus, & visu per secula dignum.
 Praga vale: vale Alba: viros citat altera Jani
 Lux exorta polo. cursu volat alite currus;
 Nec requiem capit antè, Bohemam vespere Brodam
 Quàm teneat; vêtosque bonâ statione reponat,
 Exonerans. Hinc Zaslâ suæ quoque munere cenæ
 Exhibito, Brodam tramittit luce sequente
 Teutonicam peregrinantes: quos postera defert
 Triglaviam lux, & mediam venientibus escam
 Præbet, ut in noctem fessis det Stannera lectum.
 Inde secunda cibos, potumque torumque Gamiza
 Porrigit hospitibus: dat proxima prandia Dirna:
 Sed vulgare Roderstorphum cum nocte cubile
 Post Heiderstorphi residetur; at inde profectos
 Cremnitium usque celer nitido vehit ablide currus,
 Luceque bis quintâ Spizam transportat in arcem,
 Arcem kirchbergere tuam, præclare Tobiâ,
 Perpete flavescens quam flumine præterit Ister,
 Et Dominam velut alloquij dignatur honore,
 Splendida compellat dum murmure moenia rayco.
 Heic mirabundi vada cærulea Tbetidos udæ,

*Broda Bo
 hemica.*

Zaslâ.

*Broda Teu-
 tonica.*

*Triglaviam
 opp. Mora-
 via.*

Stannera

*Gamiza
 secunda.*

Dirna

*Roderstor-
 phum.*

*Heiderstor-
 phum.*

Krembs.

Spiza arx.

Atque

Atque vireta soli cultissima cernere gaudent,
 Circumquaque per alta loci: nam vertice montis
 Structa sub excelsi domus inter nubila nūdat
 Conspicuum caput, & suggrandia plurima pandit,
 Longē adventicijs miracula dulcia nautis.
 Hospitio hoc læto ternis prope mensibus usi,
 Tædia longa viæ, tempestatumque furores,
 Colloquijs, requieque, animos recreante, trucidant.
 Sicque necesse fuit: quoniam pius ille **CHITRÆUS**,
 Aëris impatiens, & climatis illius acris,
 Morbida membra toro fuit acclinare coactus,
 Tantaque lætitiæ frustra miracula vidit.
 Nec tamen in totam sibi soli surpuit istæc
 Otia vis morbi; sed &, (advolitantibus oræ
 Illius eximijs præconibus, & cumprimis
 Reitero, meritis & religione celebri,
 Austriacis inter primos qui gentibus ore
 Attulit æterni cælestia semina verbi,)
 Pauca valetudo, morbo commixta vicissim,
 Applicuit chartis illum, suasitque novello
 Designare libro sinceri dogmata cultus:
 Quæ procerum sanè præstans & sancta corona,
 Multi & municipales, & agraria plurima plebes,
 Cum summo desiderij fervore petebant.
 Interea, duce Reitero, vicina peragrans
POSELLIUS loca multa, animo nova gaudia quærit,
 Cremnitiumque petens, Hymenejsa fercula gustat,
 Filia Grabneri tedæ dum jure Baroni
 Landavo coit, & Sponsum complexibus ambit.
 Quos ille insigni decantans carmine Grajo,
 Exornat, nuptisque novis bona fata precatur.
 Deinde Petram, Neopyrgumq; oppida, nomina quorum
 A lapide, & elaustrò monachali antiquitus exstant,

Christoph.
 Reiterus
 Theol.

Steinflos
 ster News
 burg.

Vienna
Austria
metropo-
lis.

Navigij remis adit, & velocibus alis.
Februus at luces bis denis sex ubi junxit,
Excipit hospitio vicina Vienna profectum,
Dumque sequens priscae lux clarat Equiria Romae,
Martis & in campum turmas educit equestres,
Præmia distribuens meritis victoribus ampla;
Hunc juvat aspectu prandentis Cæsaris esse
Fercula lætitiæ, mente interiore parata.
Oblectant oculos Elephas, & fulva Leæna,
Lunatis Panthera oculis, Hircanaque Tigris,
Struthioque, ingentes dum corporis explicat alas,
Vngula dumque pedes fulcat cervina bilices,
Vultum guttur hiat, chalybemque voragine mergit.
Oblectant animum confortia denique, & acris
Sermo Professorum, seu privâ voce salutent,
Agglomerentque virum fido sibi fœdere doctum:
Seu sua publicitûs triplicatis dogmata linguis,
Quisque, Facultatis pro fixâ lege, profundant,
Infundantque animis fluviorum more juventæ.
His bene transactis, ægri memor ille CHYTRÆI,
Ad Spizam reditum parat: & tamen antè videre
Expetit Austriacam famoso nomine Thulen,
Urbem, quâ nulla est istac antiquior orâ.
Tresemarique dehinc per civica mænia transit.
Hospitiumque petit Nustorphum vespere sero,
Mammingere tuam, clarissime Nobilis, arcem.
Postera lux, quum quindecies Mars lumina Phæbi
Cerneret, ægroto redeuntem sistit amico.
Transijt ex isto totus jam tempore mensis,
Atque recollectis post morbum viribus acrem,
Iusta salutifero solvit sua fostra Iehovæ,
Effundens grates ex toto corde CHYTRÆUS,
Officijque viæque memor, se Cæsaris aulae

Thule seu
Tulna.
Tresema-
riet. Nu-
storphum.

Spiza.

Desti-

Destinat, & comites ad iter jubet esse paratos.
Ver erat, atque novo terras amicibat Aprilis
Gramine, & ornabat jam primis floribus hortos,
Et septemdecimâ lustrabat lampade mundum,
Quum pariter Spizæ hospitium liquere sodales,
Adque Viennenses læti venire penates.
Præbuit hospitibus sua tecta colenda Moserus.
Janus, ab illustri deducens stemmate nomen,
Nobile, quod proprijs auxit virtutibus ipse.
Heic sua perficiunt mandata, fidemque labantem,
Quæ contenta diu, & propè conculcata ruinam
Fecerat, hostiles non rarò experta tumultûs,
Erigere, & verâ verbi cælestis amussi
Desudant normare pié, noctesque diesque,
Auxilioque Dei, & sacro spiramine freti:
Nec verò (ut retulit mendosa Calumnia vulgi)
Ista recens Confessio erat, conficta cerebri
Consilio humani nuper; sed avita vetusque,
Nilque vetustatis quæ nomine majus habebat.
At nova prorsus erant, quæ sparsit dogmata cultûs
Pontificum malefuada cohors, dum dedita ventri,
Conquisivit opes, & avaro foenore, vulgi
Exhaustit loculos, animasque in devia traxit
Tesqua superstitione novâ, errorumque tenebris.
Garriat at cæcæ damnosa licentia plebis,
Proque sui formâ rostri, quæ cantica cæpit,
Integret amenter: Cæsar tamen optimus, acri
Mente videns pietatis opus, callemque salutis,
Ducentem ad caelos, & nil erroris habentem,
Insigni bonitate viros amplexus amavit,
Lauticisq; suis clementer in arce replevit.
At postquam optatum finem metamque laborum
Relligionis opus cepit, peragrarare celebres

*Viennam
pariter
perveni-
unt.*

Atque

Atque videre locos, ac oppida plurima, suasit
 Blanda libido viris, & amoeni gratia Maij,
 Cujus septima lux illos deduxit ad Orthi
 Agricolis habitata quidem domicilia; verùm
 Arce domoque amplâ totam celebrata per oram;
 Zinzendorphiadum qua mater in arce resedit,
 Femina virtutum præstans decore omnigenarum.
 Arx tamen hæc Comiti Salmensi paruit antè,
 Et Domino celsum caput inclinavit honore.
 Heic etiam ostensus fuit advenientibus norti
 Splendor, splendidius quo, nilque capacius unquam
 POSSE LII, vidisse, refert se scripta papyrus.
 Quem sibi Nicoleus carum Comes inclitus hortum
 Salmensis magni confecit sumtibus æris.
 Excipit inde peregrinos Marcangulus, urbis
 Antiquæ species, desolatamque cadaver.
 Pannoniæ fines ubi prospexere propinquæ.
 Totus at hic tractus Marcfeldia Marcmanorum
 A celebri pugnâ, & memorandâ clade vocatur.
 Finibus his pagus, Sibebrunni nomine clarus,
 Clarior à Domini sed nobilitate Grabneri,
 Præbuit hospitibus peregrina sedilia doctis.
 Thrax Solimannus ubi truculenter acinare quondam
 (Proh dolor) in teneros puerorum sævijt artus,
 Virgineosque greges, imbelliaque agmina matrum.
 Vna tamen reliquis animosior, arripuit vi,
 Gyraavitque veru circum caput, hostibus acre
 Acribus opponens felici Marte duellum.
 Impete nam valido cataphractum irrupit in agmen,
 Arma vibrans, multisque resectas vulnere buccas,
 Et capita obsceno fecit rubicunda cruore.
 Tres verò ad terræ prostratos vulnere Turcas,
 Planiciem, leto dedit, & tramisit ad Ocrum.

Orthum
 arx & pa-
 gus.

Marcfeld.
 opp.

Quadi

Sibebrun-
 num pagus.

Historiola
 de feminâ
 quadam
 bellicosa.

O fa-



O factum egregium! tua laus, ô femina fortis,
 Nî superat, certè tamen æquat Amazonas, olim
 Commisere viris quæ armatâ prælia dextrâ.
 O utinam nova fama tuum quoque nomen in auras
 Vulgatum factis inscripset, & inde notatum
 POSSE LII nobis memorare diaria possent;
 Si non æternum, tamen hoc laudabile sæclo,
 Inter Phæbicolas, hoc carmine nomen haberes.
 Post hæc verò viris, repetentibus hospita tecta,
 Clara Vienna suas rursùm portusq; viasq;
 Pandit, eosque dies aliquot per gaudia nutrit.
 Bis duodena autem Mâj lux orta virentis
 Oppida Pannoniæ lustrare suadet & agros.
 Egressi ergò rotis & equis velocibus urbe,
 Oppidulum tetigerunt vespere, Fischæmundam.
 Quartus ab urbe lapis passus ubi signat euntum.
 Heic sua nocturno recreârunt membra sopore.
 Manè viatores urbis per rudera quondam
 Magnificæ (populi Carnuntum nomine dicunt)
 Deducti ierunt Petronellam: Teutonicæque
 Ad thermas Altenburgæ venere salubres.
 Inde per Homburgæ pergentes moenia, tandem
 Vespere Pisonij posuere cubilia fessi.
 Nonus ubi positus lapis adstat ab urbe Viennâ.
 Heic à magnifico donata falerna Senatu
 Sambucus patriâ plæclarus in urbe Poëta,
 Et Medicus, Medico comitatus Purkirchero,
 Suaviter alloquij dulcissimo aromate condit:
 Ductor & à cenâ sublimi monstrat in arce,
 Quicquid magnificum censet, dignumque notatu.
 Sole sed expulsis iterum surgente tenebris,
 Exhibet appositis Samarinum prandia mensis.
 Ægra autem cenæ non ægrè lauta ministrat

*Redeunt
 Viennam.*

*Faciunt i-
 ter in Pan-
 noniam
 Fischamū-
 da.*

*Carnuntū.
 petronella.
 Altenbur-
 ga Teuto-
 nica.
 Homburga
 Pisonium.
 Dresburg*

*Samarin:
 Ægra*

C

Fercula,



Fercula, Burggravij Peræ piperata Ioannis
Municâ bonitate, renidentique culinâ.

Luce sequente, leves cursu properante jugales

Comor-
rha, seu
Commato-
nium

Constituere viros ad propugnacla Comorrhæ,
Mænibus & fossis circumvallata profundis :

Quippe suo bifidus quæ circumplectitur Ister
Flumine, cui socias Wagus addit profluus undas.

Heic cupidis ostensa oculis conclavia cuncta

Mirati videre armamentariaque, arte,

Bern: Leri-
cus Gronin-
gensis vex-
illifer cele-
berr:

Marteque plena nimis vario: videre LERICI

Signiferi heroam faciem præstantis, ad annos

Olim cui ternos Danaûm Rex plurima fido

Prælia commisit ratibus peragenda ministro:

Tempore quo navis bellatrix illa, tremendaque
Hostibus horribili tonitru, MACHELOsia victa est.

Quæ, quod in oppositos rueret crudeliter hostes,

Innumerasque maris junctas in gurgite classes,

Cum fremitu, & magno dissolveret impete facto,

Deſcendetque procul, victrix, hoc nomine dicta est.

Struxit eam Suecus Friderico prælia Dano

Dira movens, pelago spumante, tremente profundo.

Mole suâ monstrum horrendum, quod in æquore traxit

Conflatam tabulis, inflatam & millibus alvum

Veliferas verò porrexit ad æthera pinnas.

Tempora nulla, parem cui conspexere carinam.

Ipsam Dii stupuere maris, tolerareque molem

Amplius haud potuere truce[m] timidi. Ergo rogârunt

Neptunum ut monstri fatalem panderet ore

Fatidico interitum. Qui dixit: ab æquoris haustam

Faucibus undivomis, limum subsidet in imum.

Multiber adversâ voces has hausit ut aure,

Sic tumido dedit ore sonos: Meus hac labor omnis

In rate, sudoresque mei periere profusi.

ipse

Ipse tot ex rigido conflatos igne Canales,
Totque globos, liquido concretos igne, paravi.
Igneus ergo labor superante peribit in igne.
Quis credat, fore vera Deum contraria vota
Fataque? vera tamen post experientia fecit.
Nam duplex fatum Machelosia vasta subivit,
Quum Dano victore rates fugere minores,
Disiectæ. sed, ut urbs ingens, Machelosia sola
Puppibus ex omni circumdata parte fragorem
Fulmineum tot canarum, nitri que rapacis,
Puppe suâ exceptit trepidans. Circumflua verò
Sulphureo opplevit pontum nidore Mephitis.
Sed convulsa pilis, rimisque reclusa fluorem
Hauit prora freti, fundum petijtque profundum.
Miscuit Oceano sic se violentia flammæ,
Veraque Neptunus, Vulcanus vera loquutus.
Et perijt simul igne, simul Machelosia ponto.
Hæc & plura viri tunc audivere Comorrhæ.
Vnius heic actâ noctis requiete reflexos
Manè viatores Arabonia Martia sumit,
Iaurinum vocitant alia quam voce Quirites.
Ecce sed, ingressis portas, operaria pubes,
Vinetum cultura suum, magno agmine, doctis
Obuiat hospitibus, pro consuetudine semper
Ad latus arma ferens, humerisque manuque bidentes,
Rutraque, Turcarum simul ut remove duella,
Vitibus atque simul queat impertire laborem.
Heic ubi visa sa is, visu quæ digna, fuere,
Lux sacra subveniens, quam nomine Pentecosten
Dicimus, à Christo qui nomine sacra tenemus,
Excipit, atq; viros, lapides trans quinque profectos,
Non remorante rotâ, mediâ propè parte diei,
Pransum ad Pannonicæ mensas locat Altenburgæ.

*Arabonia
Raab.*

*Altenburga
ungarica.*

Neosides Apparat in lautam Neosidela fercula cenam.
del. Visitur Oedenburga dehinc, Frejerus ubi hospes
Sempronium. Doctus & humanus dat prandia, & optima vina
Edeburg Solis ad occubitum, ponit Ferraria victum,
Essestade Immò etiam lectum, sic prospiciente Barone
Neapolis. Weisbrachio, cui Cæsarea arx in pignora cessit.
 Inde Neapolios pergunt ad mænia, & arcis
 Cæsareæ intutu lustrant magnalia quæque;
 Spondam cumprimis, auro gemmisque rigentem.
 Quo sua, dum vitam Maxæmilianus habebat
 Primus, honorato deponere membra cubili
 Suevit, & exhaustas vires reparare quiete.
 Lustrant & tumuli splendentia marmora, templi
 Ante aram exstructi, quo corpus & illius ossa,
Badena. Missâ animâ ad cælos, tranquillâ in pace quiescunt.
 Iunius hinc primâ collustrans lampade mundum,
 In thermis primo victu Badensibus usos,
 (Sulphureis ubi fumat aquis fons, corpora sanans
 Languida: ubique mares, & pulcras Najadas undæ
 Artibus immerfas totis, videre natantes)
 Rettulit ad suetæ reduces ad tecta Viennæ,
 Detinuitque domi totius tempore mensis.
Redeunt Spiza semel saltem caros revocavit amicos :
Viennam Qui simul ad latus inflexi Maurbachia visunt
1. Iunij. Mænia, quæ vulgus cunctorum dicere Vallem
Spiza. Sanctorum solet, à Monachis habitata, Iohanne
Maurbachium. Præsidente nempe Selo, (cives dixere Priorem)
Diter B. Artibus egregiè qui excultus, amiciter illos
Ehal. Ambijt, & patinis ad splendida prandia lautis
 Exceptis, patensque mero fragrante repletis.
 Iulius at verò quum fervidus ille Calendas
 Cæperat, excelsam conscendens Urbis in arcem
 POSSELIUS, dictâ sumtâque salute vicissim,

Cæsa-

Posselius
alloquitur
Caesarem.

Cæsare cum summo commutat verba, suumque
Exhibet inclusum numeris Opus, arte Pelasgâ,
Illud Epistolico systemate nempe paratum,
Imo & Apostolicæ concinnatum alite pennæ,
Quod repetit sacris Ecclesia sacra diebus.
Cui Cæsar blandi MAXÆMILIANUS amoris
Indicio, vultu sic contestante sereno,
Promptus in hunc sensum sua verba latina reponit:
Exhibitas te litterulas, Grajumque libellum,
Privatis studijs, oblata per otia lectum
Ire, & judicij hinc examine libraturum:
Si quid & acciderit, quo postulet usus opem, se
Auxilij memorem non detrectare labores.
Tale quid & nonâ post sunt in luce loquuti,
Mutua Romuleo schediasmate verba ferentes.
O fortunatum, cui maximus ore sereno
Cæsar dignatur blandissima reddere verba!
O ter felicem, totoque ex asse beatum,
Cui Cæsar promittit opem, studiumque benignum!
Ecce sed, ad metam postquam pervenit, & orbem
Iulius absolvit, postremâ luce dierum,
Patre procul posito, jucundus nascitur infans,
Filius Henricus, patris expressissima imago,
Linea si vultûs, acies si mentis, & omnis
Forma animi, patris effigie collata putetur.
Novimus hoc, oculis qui utrumvis vidimus, omnes.
Hunc teneram Musæ gremio exceperere repente:
Pro patre Phoebus erat: parili certamine certè
Conjungere operas in nutrimenta puelli,
Inq; os è proprijs emulsere uberibus lac,
Lac liquidum, ambrosiâque & nectare dulcius omni:
Perque vices lacti studuerunt subdere mansum,
Libaque septuplici compinçita suaviter arte.

Henricus
Posselius
nascitur
absente pa-
tre an.
1568. 31.
Iulij.



Ergo puer tantis dudum nutricibus usus,
Inq; Dei laudem, inque suorum dulce parentum
Gaudium, & in propria quàm maxima commoda vitæ,
Sensim adolescendo, patris in vestigia docti
Tandem abiit, studijque sui fervente labore
Ingens doctrinæ decus est, titulumque Magistri
Nactus, Palladio sic decernente Senatu.
Ac tribuente gradum spectato fratre IOANNE.
Quumque minaretur capiti Themis illius ultrò
Laureolæ decus uberius, rubeamque tiamam;
(Nam causas tractare foro, miseroque clienti
Causidico scitè servire inceperat ore)
Atropos, invidiæ nimum perfusa veneno,
Non tulit hoc; fractâque colu dignissima cursu
Ulteriore, sui succidit pollicis ungue
Stamina vitæ, pænè annos ante viriles.
O damnum! ô scelus! ô duræ inclementia Parcæ!
Optima quæ rapiens, pejora relinquit in orbe,
Ut spineta manent, Pæstano flore perempto.
Atrops at rapiat, sibi quæ sunt debita, corpus,
Et quæcunque gravi terræ de mole creantur:
Non animæ, non ingenij, non denique famæ,
Æternùm mansura, potest bona tollere raptu.
Hæc propriè tua sunt, Henrice, tibi que manebunt,
Indeleta manu Parcæ, per secula cuncta.
O salve, summi decus æternabile cæli!
O salve atque vale, fax sidera lumine clarans!
Sorte Magisterij mihi in uno nexilis actu,
Carus amicus eras, donec tibi vita manebat.
Cur mihi post obitum non sis quoque carus amicus?
Immortalis enim veri manet ardor amoris,
Hujus & in vitæ capiens primordia cursu,
Tranat in æternæ longissima sæcula vitæ,

Henr: Pos-
selius pro-
moveret in
Magistrum
a. 1597.
31. Mart:

Idem mo-
ritur anno
1601.
17. April

Non

Non Sortis remorante rotâ, Mortisque furore.
Sed meus est alio tibi carmine fervor amoris
Explicitus satis, in lugubri funere, quondam.
Misso igitur te nunc, ad iter me verba paternum
Historiæ verax series convertere cogit.
Extulit Augustus Solis jubar æthere nonum,
Cæcius abripuit quum mons ex urbe profectos,
Arcis eis monstrans ibi rudera fracta vetustæ,
Atque Sacerdotis crudelia facta nefandi:
Qui, quasi prætendens manibus compacta libelli
Pondera parva sacri, recitansque precantia presso
Murmure verba, graves peregrinatoribus ictus
Impegit clauso pellis sub tegmine plumbo,
Et leto dedit examinans mox vulnere fixo.
Pluraque præterea scurrilia facta patravit.
Hinc Neopyrgenses, claustrî prænomine dictos
Denuò constituunt invisere, ibique sepulcri
Percelebris loculum, ex argenti nempe metallo
Fusilis, aurificâ fabricatum puriter arte,
Perlastrare oculis satagunt, inibique repostos,
Dive tuos cineres Leopolde, sacrique cerebri
Capsulam, & interitum non passa caduciter ossa,
Afficere studio & digno meditantur honore.
His actis, rediere domum: atque à Cæsare sumtâ
Migrandi veniâ, caros de more salutant,
Atque valere jubent inter convivia amicos,
Ergo bis octavo quum lumine fecerat ortum
Metsifer Augustus, plaustrò junxere jugales,
Susceptâque viâ, celebrem liquere Viennam,
Percupidi patriam, propriosque videre penates.
Bis duo præcessere duces, comitesque viarum,
Publicitùs primâ selecti ex Nobilitate,
Gente Sigismundus Leiserâ cretus honorâ,

Cæcius
mons.
der Fable
Berg

Closter
Newburg

Redeunt
Viennam.

Viennâ re-
lictâ re-
trosum in
patriam
migrant.

Illius



Illius & frater Maxæmilianus, & acer
 Spanus, & heroo Decimator pectore præstans,
 Nec verò in reditu parasangis ire vetustis,
 Curriculique rotam volvere tenere prioris:
 Oppida sed placuit variare, novosque subinde
 Alloquens in amicitiam connectere fratres.
 Præbuit hospitium *Clementia* vespertinum
 Prima viris, arx perspicuo sita vertice collis.
 Mancipio tenet hanc stirps Enzerstorphia sedem.
Znoema Znoema secunda dedit cenamque locumque quietis,
Moravia Altera subiiciens quoque prandia lauta Lyæo,
opp. Indigenisque, viresque bonis urbs non male culta.
Fischvit- Apparat at tenuem Fischvitzia rustica cenam.
zi: pag. Inde Tribitzenses penetrant citò matutino
Tribitium Tempore ad exultos cives: templumque frequentant,
 Waldenses ubi Sacra Deo præstare laborant.
Praga Vespera sed Pragæ deducit ad usque Bohemæ
 Moenia, & in visum peregrè redeuntibus offert
 Plurima, quæ vigili non sunt indigna notatu.
 Quatuor integris igitur mansere diebus:
 Inter & instructas epulas ac dona Lyæi,
 Optima præstantùm sibi devinxere virorum
 Pectora colloquens in amici foedera juris.
 Quos inter Baro Grisebadius, celeberrimus heros,
 Deinde Mareschallus Regni Poppelius ille,
 Atque Palæologus, Grajorum sanguine cretus
 Induperatorum, primas tenuere, virisque
 Exhibuere sui certissima signa favoris.
Welbern Divus at interea sua Bartholemeus in æde
Leuthimer- Sacra parans, abitum suadet, tria postea per istic
riz. Saxa, viæ quibus est mensura notata peractæ,
 Urbem ad Welberium deducens leniter ipsos.
 Leuthimeriza dehinc vocat; hinc vocat Elstervverda.
 Aufi-

Aufsiaci posthac ad mœnia pergere pergunt.
 Hinc petrosilva suas offert prarudentibus escas:
 Sed nocturna locat post cenam stragula Pirna,
 Narrat, & interea fato clausisse labores,
 Heu! Lauterbachium, quem maximus ille LUTHERUS
 Collegam magno fuerat complexus amore.
 Manè citò Trifena volant ad mœnia curru,
 Cornipedesque suos solvunt ad mœnia Galli:
 Postridie heic pransos capit Elsterwerda secunda,
 Pagus inops, durusque: at multò durimus hospes
 Abijcit exceptos in olentis mucida terræ
 Scramina, difficilem quæ conflare meatum
 Spiritibus, tenerisque animis. Kirchanis verò,
 Postridie dans prandioli poscentibus escam,
 Non levat in totum contractæ noxia tulsis:
 Vespere Dama facit, cubituris vina propinans
 Ulta foco, sensimque ægris spiracula reddit.
 Solis in exorto jubare ergò, sanior aura
 Pertulit abductos ad portam & tecta Baruthi:
 In seramque cibos præbet Medisilvia nocturna.
 Subsequa Berlino data nox est. Deinde Calendis
 Acceptat Spandoa suâ Septembribus arce
 Eximios pietate viros: tenebrisque remotis,
 Singula demonstrans illis conclavia, pransos
 Prusinum amandat primùm: dein Sole cadente
 Pernoctare jubet Bellini, ubi puppe viator
 Trajicit oppositas sinuosi fluminis undas.
 Hinc cupro rubiturre viris nocturna ministrat
 Fercula Wittstochium: dat Plavia deinde quietem.
 Gustrovium porrò, sedes Ducis, Udalrico,
 Magnanimo heroi Meglaburgica regna tenenti,
 Ostendit reduces, & in arce cubilia ponit.
 Denique Rostochium recipit sua lumina, lumen

D

Quinta

Elster
 werd.
 Duzigt.
 Petrosilva
 Pirna

Trifena.
 sum Bar
 men. El
 sterwerd.
 pag:

Kirchan
 ne.

Dama

Baruthum
 Wittstoch
 wald.
 Berlinum
 Spandoa

Prusinum
 Bellinum

Wittstoch:
 Plavia
 Gustrovium.

Rostochium.

Quum Septembris erat cælesti è fornice sextum.
 Exortum terris. Vah! quantæ exorta repentè
 Materies est lætitiæ. Vah! quanta virorum;
 Quanta adolescentum doctorem copia circum
 Quadrijugas glomerata ruit! nudisque Magistros
 Verticibus sibi delectos veneratur honorans,
 Atque salutarem reditum gratatur, amicè
 Amplexata viros: dextraeque in mutua præbet
 Vincula, subjungens in longam vota salutem.
 Præ reliquis verò satagentior, ecce, volatum
 POSSÉLII turtur, desolata hæctenus, urget,
 Exiguumque trahens manuum glomeramine gnatum,
 Passibus imparibus patri deducit amico,
 Ianiculum: subitoque ruens in vincula, caro
 Innectit hæsuræ diu sua brachia collo,
 Dulciaque in pluvîs lacrymarum gaudia merfat.
 Filiolus conatur idem; famulâque levante
 Erigit expandens palmas, & tertia vinclo
 Stamina consolidat, dat & oscula plurima patri.
 Mira rei facies: cunctorum quippe videntum
 Quæ quoque cum lacrymis confundere gaudia posset.
 Ædes ingressi tandem, vestigia vertunt
 Protinus ad cunas: Henriculus, ecce, tenellus,
 Non visum antè, suum blando excipit ore parentem,
 Suaviter in risum dispescens bella labella.
 At pater ereptum mox pulvinaris ab æstu
 Leniter, in multam commendat voce salutem
 Numinis ætherei tutelæ, & plarima figens
 Basia, complexu fovet, arrisumque lacescit:
 Insinuansque sinu genitricis, pabula lactis
 Impetrat exorans, cupienti debita proli.
 Exin una dies atque altera transijt, illi
 Exhaustas sensim reparans in corpore vires,

ὄψιν
 πωτός con
 jugū & filio
 li se invi
 cem ample
 xentum.

I. Posselius
 peracto iti
 nere redit

Collo-

Colloquiis data nempe domi, cum conjugē carā,
 Janiculoque, viæ sortem quærentibus actæ,
 Ad veteres operas illum, solitosque labores
 Musæ Grajugenæ quum retraxere volentem,
 Doctoremque suum jam restituere Lycei
 Sublimi in folio, juvenum cingente coronâ,
 Arrectasque aures illi præbente docenti,
 Auctoresque bonos ex omni classe Sophorum,
 In lucis radios, peregrinæ ex nube loquelæ,
 Eloquiū Ciceronēi gravitate trahenti.
 Uviger interea radiati lumina Solis
 Bis dedit October, Schola quum Rosiana, Senatūs
 Consensu unanimi, Sceptrorum rursus honorem
 Magnificum, quo defunctus tres ante peractos
 Annos, insigni cum majestate fuisset,
POSSELIO ante alios decrevit. Is ergo verendo
 Ore juventuti Phœbeæ publica Legum
 Scita recensuit, & strictim servanda disertē
 Proposuit, sua morigeræ tutamina pñbi,
 Contrâ immorigeræ poenarum! dira minatus,
 Scque ipsum exemplar statuit, speculumq- tuendum.
 Namque, vir ut vitâ innocuâ spectabilis ipse,
 Moribus & cultis erat exornatus ad assem:
 Sic disciplinæ morumque fidelis amator,
 Atque adeo custos circumspēctissimus omni
 Tempore erat: nulloque suum graviore dolore,
 Affligi cor, & internē tabescere sensit,
 Quam meditans, cernensque oculis, à moribus ævi
 Pristini amabilibus laudabilibusque, Jehovah
 Fatali haud dubiē poenâ, tam passibus amplis
 Digressam, excussis priscæ virtutis habenis,
 Passim inconsultam sic degenerare juventam.
 Sceptra igitur vicibus bñais Academica Rector

D 2

Gelsit

ad operas
Scholasti-
cas:

I. Posselius
 Rector Aca-
 demia bis
 electus An.
 1566. men-
 se Septemb
 An. 1596.
 mense Oc-
 tobris.

I. Posselius
 vir in Divi-
 nis, &
 bonæ disci-
 plinæ ser-
 vantiss.



*l. Posselius
novies De-
canus Acad.*

*Magistri
primarij
ab ipso pro-
mota.*

*Nathan
Chytræus,
P. L. 1562.
21. Maij.*

*Joh: Bocer-
rus l. V. L.
& Profess.
P. L. Anno.
1564.
Mense A-
prili.*

*Henricus
Schinckius
Theol: &
Ioachimus
Stephanus.
IC. & Joh.
Gorschow
Astronom:
et Gymna-
siarchas 68
D. 4. Maij.*

Gelsit honoratis manibus: noviesque Decani
Munere perfunctus spectato, plurima dignè
Tempora, Musarum domicilia docta, tiarâ
Purpureâ redimivit, & artibus esse Magistros
Iussit, honorificâ proclamans nomina voce:
Singûla quæ memorare, mihi labor arduus esset,
Vtilis at nulli: tantum optima, notaque multis,
Dicere, præclarè doctorum fama meretur,
Inter eos tu primus eras, divine Poëta,
Clare NATHAN CHITRÆ, suum mea Musa Magistrum
Quem meritò agnoscit celebratque: nec obliet unquâ,
Inscriptum mundi tabulato, oblivio segnis.
Vsq; adeò tua Musa libris celeberrima multis
Tranavit, nomenque tuum signavit ad astra.
Inter eos quoque nomen habes tu, magne Poëta,
IANE BOCERE. Effes quamvis tute ipse Decanus,
Esset & in duplici tibi facta Licentia jure,
Ut fieres themidos Doct̃or, summusque Sacerdos;
Proclamare tibi tamen, atque creare Magistros,
Non licuit priùs, ipse tibi quàm nomen haberes,
Jure Decanatûs alijs quod didere posses.
POSSELIUS verò clam, sed præsentē Senatu,
Atque jubente adeò, tacitis conclavibus, illud
Nomen honoratum tibi contulit, atque Magistrum
Iam septemgeminis te dixit in artibus esse.
Inter eos quoque nomen habet sacer ille Ichovæ
SCHINKIUS, urbs quondam GUSTROVIA dogmate cujus
Innumeras animas cœlestia misit ad arva:
ET STEPHANUS, gemini referantem juris abyssum,
Quem colit admirans Academia silvaque Gryphum:
Et bonus astrorum scrutator, itemque tenellæ
Sedulus excultor GOTSCHOVIVS ille juventæ,
Varniados primùm, deinde Oeniadosque, senectæ

Cal

Cui dedit extremæ magnâ cum laude labores,
 Quâ Pomeranorum Stargardia nomina clarat.
 Inter eos quoque nomen habet NEOVINUS, in æde
 Ille Severinâ quondam, nunc denique verò
 Parchimiâ, caput atque oculos simul intùs, & extùs,
 Intendens longè lateque, per oppida multa,
 Sacrificum in coetum, CAROLO Duce præcipiente.
 HALVARDVS comes hujus erat GUNARUS, ille
 Norwegiæ Asloïæ Archipresbyter; ille poeta
 Musis atque Deo facer; Historicusque, Monarchas
 Orbis, & arctoi dominatos fluctibus ampli
 Oceani Reges, insigni carmine cantans:
 Qui cum nostra solet committere carmiua Cléjo
 Mutua, per pelagi volitantia sæpius Euros.
 Inter eos quoque nomen habet Petrus ille PEDANUS,
 Varneâ quondam Consultus in urbe Senator,
 Cui dedit Attica Musa bonum conscribere Carmen:
 PLETZIUS, Holstatâ Slesuici Pastor in urbe,
 Olim sacra regens, cæli usurarius ardens:
 BUCHENIUSque, suo compar prænomine patri,
 Monte Borufforum Regali quem sacra summum
 Eusebie posuit Doctorem, ut in æde popellum
 Gymnasio juvenes informet, & instruat arte.
 Inter eos quoque nomen habet SLEDANUS, in æde
 Mysta Marianâ quam carmine diximus antè:
 CORFINIVSque suo quo patria Consule gaudet
 Rostochiana quidem respublica, Consule docto,
 Consule consulto: seu Carmina Graja, Latinaque
 Exigere est animus; seu scita requirere Legum;
 Seu quicquid cupias prisæ sapientiæ habere.
 Inter eos quoque nomen habet MORLINUS, ab illo
 Profatus eximio patre: cujus fama per orbem,
 Doctorumque per ora volat, volat immò per astra.

D 3

Ioh. Neo-
 vinus Th.
 & Superin
 Megap.

& Halvar-
 dus Guna-
 rius Theol.
 Poëta, &
 Histor.

Pet. Pedanus
 Senator
 Rost.

Mart. Plet-
 zius Theol.
 Andr. Buch-
 enius

Theol. &
 Prof. Acad
 Region. a.
 1576.

10. April.
 Oswaldus
 Sledanus.

Theol. &
 Ioh. Corfin-
 ic & Cosf.

R. 1578.
 Hierem.

Morlinus.
 Ioachimi
 F. Theol.

1579.

Post 22. Mart.

Iob. Stol-
carfotus
Tbl. 1584.
7. April.

Post STOLTERFOTUS, cui clara Lubeca cathedræ
Principis indulsit Sermones: cuius ab ore
Sanctiloquo pia plebs, inter suspiria cordis,
Aure bibit mulfum, bibit imo pectore nectar,
Prætereo reliquos, longus quos copulat ordo:
Omnibus esse quibus, vel dici voce Magistros,
Non honor est tantus, quantus tribuente Decano
POSSELIO accepisse gradum, nomenque Magistri.
Usque adeò magnum est, à magno nomen habere.
Tanti igitur bona fama viri, doctrinaque summa,
Se magis atque magis vastum divisit in orbem,
Illius heic istic ut habendi magna cupido
Urbes atque homines invaserit igne flagrante.
Præter enim Bræmæ primates, expetit illum
Urbs Hamburga potens atque ampla: sui que Senatus
Blanditijs calami vocat ad capienda Lycæi
Sceptra, atque ingentes æris promittit acervos,
Pro docto pendenda, labore, didactra futuros.
Quoque movere magis queat, ac remove Roseto
Urbs præclara virum; conscribere Episcopus unâ
Westphalus arcanis monitis stipata iubetur
Blandimenta manu, & momenta adducere magna,
Verùm POSSELIUS sua commoda respuit, atque
Grates gratus agens, scribit se malle Lycei
Usibus antiqui stipe deservire minori,
Inter amicorum notosque bonosque maniplos;
Quàm procul amotum, lucro majore, sodales
Ignotos, fidei jactu dubitante probare.
Hæc quoque causa viro subtus præcordia sedit,
Cur delata sibi ter Musica regna Lubecæ,
Cum mercede proba, non acceptanda putârit:
Consulis agrodromi quantumvis littera Pauli
Fida tribus vicibus, magno instigante Senatu,

I. Posselius
requisitus
ad S. hol-
archiam.
Hambur
gensen, re-
susus seque
excusat.

Recusat &
Scholarchi-
am Lubec-
ensium.

Acci-

Acciret, precioque preces superadderet amplo.
Non tamen illa virum precio & prece vincere quivit :
Qui noctuque diuque vigil priscissima quæque
Scripta suo inculpfit cerebro, & sibi propria fecit,
Graja simul, simul & Latialia : five Poëtæ,
Sive Oratores illi, aut Polyhystores, essent
Auctores Operum; nihil intactum ille reliquit.
Lecta satis, satis intellectaque, protinus usu,
Eloquijque sui communia flumine fecit,
Lumineque illustri transfudit in obvia plebis
Pectora Phæbicolæ, nonnullos ipse Poëtæ,
Atque Oratores, Grajo sermone loquentes,
Audiui quondam puer, hoc interprete fido.
Hinc mihi Aristophanis etiam num somnia Ranæ
Obijciunt, noctuque suum clamare videntur
Atque iterare Coax, turgentibus undique buccis.
Sæpe etiam Isocrates noctu mihi personat aures
Ore parænetico : Quibus os accommodat hicce
POSSELIUS, solitoque loco mî stare videtur
Interpres, blandâ distillans dogmata voce.
Subticeo reliquos, Grajæ qui flumine linguæ,
(Gentiles quamvis fuerint) tamen ad sacra dij
Codicis, atque arcana ænigmata; Philosophiæque
Instrumenta rei, noscenda, utendaque rectè,
Nobis postgenitis claves aditumque dedere.
Quos hic POSSELIUS ter denis octoque totis
Explicuit follers annis : latèque per orbis
Climata divulgans Grajæ documenta loquelæ,
Reddidit innumeros Grajo sermone politos.
Ergo nec indignè ter maximus ille CHYTRÆUS,
Non trepidante manu, calamo follerte reliquit
Hæc inscripta olim verissima verba papyro :
Qualis erat Gallis, quâ sequana dividit undas,

*Posselij in
litteris af-
fidua dili-
gentia.*

*Chytræi de
Posselio e-
logium.*

Quâq;



*Scripta
Posselij*

*Syntaxis
Græca*

*Catechismus
Lutheri
Poeticus.
Regula
vite*

*Evangelia
& Epistole
Dominica-
les.
Apoththe-
gmata.*

*Calligra-
phia, & de
ea Frisch-
lini elogiū.*

*Orationes
varie,
Græca, &
Latina.*

Quâq; locat Musis Regina Lutetia sedera,
Ille Tiphernatis celebri cognomine notus,
Dictus & à Spartâ præstans Hieronymus urbe:
Talis erat nobis, ad Varni flumen amatum,
POSSELIUS, Roseâ præclarus doctor in urbe:
Quis memoret libros, aut dignis laudibus ornet,
Indole sublimi quos consecrare nepoti
Sero, perductæ tot lustra fluentia vitæ,
Sudarit sollers? Syntaxin respice Græcam,
Gymnasijs passim totâ in Germanide notam:
Ordine quàm pulcro constructa politaque mirè est!
Quot gnomis scatet electis, mirèque rotundis!
Quæ penetrant animos, virtuti calcar & addunt.
Respice versiculis confecta Poemata Grajis:
Quanta Catechesi est ars & lux insita sacrae,
Exiguam pueris quam fecit Teuto Lutherus.
Regula quàm vitæ Gnomis stipata sacratis,
Cunctorum regit acta hominum, moresque gubernat!
Quanta Evangelicis & Epistolicis segmentis.
Proprietas pietasque subest: quibus insimul ars &
Relligiones opes puerili in pectore crescunt?
Quanto Apophthegmatū splendor, quã gratia blanda est?
Quæ collecta simul Grajo Latioque libello,
Virtutum explanant vitiorumque, ordine certo,
Laudes & cautes, adeundas & fugiendas!
Calligraphiæ autem quis Opus, quis commoda fando
Explicet & expendens quæ tu, Frischline polite,
Discipulis laudata tuis, mandare solebas,
Ut mutatâ auro veste, hæc sibi sola pararent,
Nocturnâ volvenda manu, volvenda diurnâ.
Et quis Arithmeticis collegerit omnia punctis,
Quæ bonus ore suo profuderit ipse, typisque
Ediderit, Ciceroneæ commenta loquelæ,

Atque

Atque Isocraticæ, variarum maxima rerum
 Pondera publicitus cathedrâ enucleantia ab (altâ ?
 Nec, proprijs illi satiâsse laboribus æstum
 Cordis, erat satias : sed & in peregrina Lutheri
 Teutonici oratoris iens Commenta, sacratâ
 De prece, deque nece, atque alijs, quæ dixerat olim
 Ille suâ ex cathedrâ, pennaque reliquerat acris ;
 Atticus hic vertens Græco dabat ore legenda.
 Quin etiam ipse suæ mortis memor, ultima vitæ
 Stamina non parcis, varum quas fabula vana
 Extudit : at Christo, Sortis Mortisque Monarchæ,
 Carmine Cygnæo, linguâ Germanide, Rythmis
 Dulcisonis apteque cadentibus undique colis,
 (Carmine quæ nostro Rythmi paritate Latine
 Reddidimus pridem, veræ pietatis amantes)
 Commendavit ovans, animam Simeonis ad instar
 Dimitti placidè cupiens ex carcere mundi :
 1. AH Deus ærumnis, inquit, miserescito nostris,
 Per propterque tui crudelia funera Nati :
 Suppetiasque veni dextrâ properante misellis ;
 Atque parentali peccatis parce favore.
 Magna refragantùm, fateor, sunt crimina nostra,
 Et tua jam pridem meruerè cruenta flagella :
 Sanctarum nec enim legum decreta tuarum
 Corde volutamus, nec in ipsum ducimus actum.
 2. Tu nos illa doce meditari rectiùs autem,
 Atque tuæ nobis oculos facis igne serenâ :
 Semper ut excusso libeat vigilare veterno,
 Ac vitare fugâ stagnantia flumina Lethes.
 Fac sit ut ante oculos nobis, animòque recurrat,
 Illa tremenda tui putealis imago severi :
 Semper & obrutum vitæ meta illa beatæ
 Detineat, verbo bene constabilita fidèque.

B

3. Gra-

Paraphra-
ses Concio-
ni Lutheri.

Hymnus
Germani-
co de felici
ac beato vi-
ta exitu.

Paraphra-
sis illius
Hymni.



3. GRATIA nî Domini scelerum properata meorum
 Vinceret extergens quàm plurima puncta liturâ;
 Quò me proriperem? latebras ubi quærere possem?
 Me super infulis Styx infera mergeret undis.
 Alt, ego quòd vivo, quòd in ipsâ morte renascor,
 Acceptum ferò Chrìste tibi dulcissime soli.
 Tu tete in medium sistens vice prædis, ad assem
 Debita nostra tuo persolvis cuncta cruore.
 4. ERGO mihi quamvis hodie mors finiat ævum;
 (Nemo à morte suâ velut est sat tutus ad horam)
 Spes tamen indubio mea se fundamine fulcit,
 Heredem me Chrìste tui fore maxime regni.
 Quippe tibi languens, sed perpes, anhelitus oris
 Sese in tutelam commendat mortis in horâ,
 Hunc tu non segni venientem suscipe dextrâ,
 Pro bonitate tui consuetâ pectoris almi.
 5. PRÆSTARET certè numquàm genitricis ab alvo
 Exisse in miseri præsentia lumina mundi,
 Quam defraudatum vitæ æternabilis aurâ,
 Tormina deliquium nunquam sensura subire.
 Hac à clade tuos serva Deus alme clientes,
 Nosque tuo patrocínio bone protege custos.
 Sis nobis præstò supremâ mortis in horâ,
 Per propterque tui Nati meritumque necemque.
 Tantus amor cæli, pietas in pectore puro
 Tanta fuit! nec vita aliud transacta modeste,
 Nec vestis docuit: quam tempore totius ævi
 Mystrarum similem nullâ novitate gerebat.
 Audijt orantem tandem Deus, arbiter orbis,
 Arbiter & vitæ, patriæque cupidine veræ
 Ardentem revocare sui ad penetrabilia cæli
 Constituit clemens, effoetòque intulit asthma.
 Asthma cavernosos ægro in pulmone meatûs

*Pietas &
 modesta
 Possesij.*

*I. Posselius
 incidit in
 verbum
 fatalem.*

Obtu-

Condit ut-
timum Te-
stamentū.

Obturans, sanctæque animæ spiracula demens.
Ex illo magis ergo magisque in corde volutans
POSSELIUS vitæ finem, metamque laborum,
Sensa animi in chartam coniicit, & acriter omni
Mente Deo, grates egit, quod natus in orbem,
Veram Euangelij lucem, callemque salutis,
Voce Sacerdotum certâ purâque sonante,
Nullius erroris consors cognovit & usa
Sacramentorum fidei nutrire pusillæ
Quiverit accensos radios: quod & artibus, atque
Linguarum studijs, mentem saturare famentem
Posse, datum fuerit: quod honesti pabula victus,
Officijsque locum sine sorde acceperit ullâ:
Quod vacuus scelerum, vitæ integritate benigni
Numinis auxilium sibi conciliârit, & expers
Pænæ omnis Tragicæ, placidum transegerit ævum:
Quodque satis spatij nactus, convertere carni
Innatam labem queat immeliora, juvante
Scilicet ætherei Spiramine numinis, illo,
A quo uno cordis Sanctum venit omne Piumque.
Hinc prece subnexâ, votivo corde rogavit,
Christus ut inceptum converso in pectore clemens
Confirmaret opus, stabili fulcimine nixum:
Imò & Ephebèi deserti rudera rursus
Erigeret, pilasque bonas submitteret illi:
Tum studia & mores discentumque atque docentum
Dirigeret: quo grata Deo, & mortalibus usa
Commoda, non segni possent generare labore.
Ad socios etiam calami vestigia flectens,
Sicubi fortè nocens fuerit dictisve, vel actis,
Ad veniam supplex procumbit, & orat, ut æquâ
Mente ferant hominis nævos, placidèque remittant:
Imò suæ memores culpæ, veniæque petendæ,

E 2

Mente



Mente magis clemente velint tumulare reatum,
 Tutores etiam viduæ, gnatisque, papyro
 Indicæ constituit; non ullos sanguine junctos,
 Sive favore homines; Triados sed numina sanctæ:
 Hisque illos pariter, seseque, animæque vigorem
 Perpetuis in vitæ commendant sæcla futuræ:
 Collegasque jubet caros bis terque valere,
 Donec amicitia pertexere licia coeptæ
 Non interrupto, paulò post, tempore possint,
 Ante Dei faciem, meliori conditione,
 Hæc & plura pius scripto vir dicta reliquit,
 Quæ memorare vetant imi suspiria cordis.
 Orthopnæa sequens sed longi temporis asthma,
 Fregit & exegit tenuato in corpore vires,
 A que foras animam pepulit, sine fragmine mentis,
 Sentibus integris, sine sensu pænè doloris.
 Namque vir herous mortis vestigia cernens,
 Intrepidèque migrare volens, sua lumina sursùm
 Sustulit, atque plicis manuum compagine factis,
 Voce piâ, firmaque fide, Spiracula vitæ
 Ultima, ab æthereis oriunda, remisit ad oras
 Æthereas, servanda manu gremioque Jehovæ,
 Illius, humani qui corporis induit artus,
 Divus-homo, patri par majestatis honore;
 Cui pater inprimis animarum jura piarum
 Omnia subjecit, manibus gremioque fovenda.
 Ergo, heic qui cathedrâ stabat sublimis in altâ,
 Dogmate Grajugeno permulcens sedulus aures,
 Atque animos juvenum cupidos, nunc strenuus istic
 Discipulus sedet ante Deum, nova dogmata fidis
 Auribus accipiens, & gaudia pectore carpens,
 Qualia non auris terrena heic imbuunt unquam
 Qualia nullus homo vel acuto lumine vidit,

Tranquille
 & beatè
 ex his vi-
 rã in eter-
 nam mi-
 grat.

Vel



Vel cupidé immisit penetralia in intima cordis.
Corporis exsuvias conservat in æde Iacobi
Alma Rhode: vigili quas inspectore senatu,
Urbis municipes digno venerantur honore;
Ornat Apollinei venerabilis ordo Lycei;
Adventansque omni terræ de climate pubes
Græcolatina, viri famosâ percreta laude,
Ossibus & cineri votorum ture parentat,
Exoptans illis sine vi turbante quietem,
Donec in extremâ terrarum luce, polaris
Voce tubæ, & Domini jussu, rediviva resurgant.
Atque animæ connexa suæ, domicilia tranent
Ætherea, in vitam conglorificata perennem.
Intereâ mea Calliope, sis, quæso, Magistro
Grata tuo, & cippo tabulæ hæc pauca reserva
Metra, viatorique pio præfige legenda:

HOC JACET INCLUSUS TVMVLO GERMANUS HOMERUS. Epitaphium.


POSSELIUS magnus. percepto nomine cujus,
Cetera qui fuerit, per te scis, optime lector.
Si nescis; te librorum monumenta docebunt,
Quæ, nisi cum mundo, non sunt habitura ruinam.

FINIS.



Joh. Posselij
venerabili
in sepulchro
ra & me-
moriam.

Epitaphium.



IN POSSELIUM REDIVIIVVM

M. PETRI BAMBAMI

Poeta Clarissimi.

Hæc pietas tua; de nigro quod limine mortis,
 Bambami, præceptorem trahis, optime vates:
 Posselium & vivum reddis jam lumine cassum.
 Tu vives etiam, florebis carmine Vates:
 Et post fata tuum monumentum talia dicet:
 Qui solis Musis natus fuit, ille **POETA**
BAMBAMIVS solis Musis hac cumbit in urnâ.

AD EUNDEM.

Πασι θεοῖς νῦν ζῆ πηνεὸς ΠΟΣΣΗΛΙΟΣ ἀνὴρ,
 Λέξασιν τὴ καλὸν Βαμβαμίῳ ἐπὶ,
 Ἄοτ' ὡ φεράει τῷ πατρίδα ἰμεροέσσην,
 Καὶ ζῶν, τέχνας, ἠδὲ βίοιο τέλ'·
 Τίς μὴ Βαμβαμίῳ πιστεύει ἔνομα ὄρθον
 εἶναι; κώδων τὸν λαλὸν ἦχον εχει?
 Ἐπὶ γλυκύσ' ἦχ', κώδων δ' ἀποχείμερ ὁπίεν
 Χάλκε' ἄντιχ' τικόν' ἀγνοεῖ.
 Ὅς ταχέως τε χεῖρας ἔρρει, πάσαις ἢ ἐκείν'
 Ἐν χάρισι τέρπῃ ὡπ' ἀπισταμένων,
 Οὕτως Βαμβάμι' Φοῖβε κώδωνα καλοῖο
 κλάζε, περὶ γράψει ἔνομα μηδὲ χεῖρόν'.

M. JOHANNES CVLOVIVS

Pentzlinensis Megapol:

suo amico amicorum optimo subscripsit.

Ad



AD
POSSELIUM REDIVIVVM
Schediasma sapphicum.

SÆpius vultus (velut & CHYTRÆI)
POSSELI optavi, & tua cernere ora
Maximis votis, manui manumque

Nectere clara;

Dum TVBINGENSIS schola me teneret,
CRVSIOq; acri duceq; & Magistro
Cerneret gazas & opes legentem,

Ritè Pelasgas.

Haud semel lingua veneres tuasq;
Aure ut haurirem; quoq; sum precatus
Calites, IENAM RODOMANNus ille

Quando doceret.

Id sed aduersa rabies negavit
Sortis, abreptum spatio locorum
Me frui optata vetuitq; fructu

Prosperitatis.

Invida haud rebus fuit ast modò illa,
Quin & avellens jubare orbis ambos
Interim, planè cupidum videndi

Destituit me.

Exci-

Excidam votis tamen ut meis ne
Prorsus, en, (coetus superum favente)
Teutonius vates generosiore

Efficit ausu.

Compotem voti varium peracti
Meq; post interstitium, atq; fluxum
Temporis multum (o facinus beatum!)

Deniq; reddit.

Sistit his oris reducem, & viretis
Barbita dum te resonantiore,
Et Stygis cacis revocat tenebris

Solis in auras.

Ergo ceu grateis Rhodopeio olim,
ORPHEO sese retrahenti ab Orco,
Debuit casta EVRTDICE, atq; laudes

Ob lyram amœnam:

BAMBAMI grateis ita non minores
Tu pij debes cythara venusta,
Cujus hanc rursus numeris tuere &


Munere lucem.

Florianus Chenoboscus;
F. Germanus.

9225



VD16
PICH



PETRI BAMBAMII *Malchor.*

P. L.

POSSELIUS

Redivivus.

Carminē Heroicō representatus in inclitā Aca-
demiā Rostochianā, Die 18. Aprilis

A N N O

M. DC. VII.

Memoria Justorum in Æternum Manebit.

